quante ipsa mala sunt
quae mala esse & iam
cum agimus non igno
ramus, Et ubi nil
cernimus, ubi quasi
discretionis lumen
tenemus, qua caeci
tate in illa offendi
mus, quae sine disce
tione p̄p̄ramur,

Uigilanti igitur cura
p̄cuncta opera inten
tio nobis n̄ra pensan
da est, ut nil tem
porale in his quae
agit appellat, tota
se in soliditate aeterni
tatis figat, Ne si ex
tra fundamentum
actionis n̄rae fabrica

ponitur, terra decer
cente soluat, unde hic quoque apte
subiungitur

**SUPER QUO BASES
SILLIUS SOLIDAE SUNT;**

Bases quippe unius
B cuiusque sunt anime
intentiones suae;

Nam sicut fabrica co
lumnis, columnae aut
basibus innitantur;

Ita uita n̄ra in uirtu
tibus; Uirtutes uero
in minima intentione
substantur; Quia
scriptum est;

“ Fundamentum aliud
“ nemo potest ponere
“ praeter id quod posi
“ tum est qui est x̄p̄s ih̄s;

Tunc bases in funda
mento sunt, cum in
tentiones n̄rae in x̄p̄o
roborantur; Incassum
uero alta super se
bases aedificia erigunt;

219^v
Si non ipse infundamen-
tis solitate consistunt;
Quia nimirum quam
libet summa opera ina-
niter faciunt: si inten-
tiones cordium. & extra
aeternitatis certitudi-
ne deflectantur: &
uere uitae praemia
non requirunt;
Tantoq; grauiora ruine
super se damna aedi-
fificant: quanto altio-
ra aedificia extra fun-
damentum portant;
Quia cum aeternae uitae
praemii non intendunt:
quo plus se quasi in
uirtutibus erigunt:
eo in gloriae manis
foueam profundius
cadunt; Non ergo
pensandum est bases
quid sustinent: sed
ubi sustentantur;
Quia profecto humana
corda diuinitus per

scrutantur: non solum
quaefaciunt: sed quid
in operibus quaerunt;
Unde cum districtum
iudicem paulus descri-
beret: atq; actionum
bona narraret: dicens:
" Qui reddet unicuique
" secundum opera eius!
" his quidem qui secun-
" dum patientiam boni
" operis gloriam & in-
" corruptionem!
Quia nominata boni
operis patientia: qua-
si totam electae actio-
nis fabricam dixerat:
subaliter ilico ubi
bases eiusdem fabrice
consisterent: inqui-
siuit dicens; Gloria
& honorem & incor-
ruptionem. quaerentibus
uitam aeternam;
Ac si aperte diceret;
Etsi quidam patientiam
boni operis ostendunt

gloriam & incorrup
tionem non recipiunt.
Sunt intentiones cordis
Idest bases fabrice
infundamento non
figunt; Quia uide
licet dicitur uel honeste
uite edificium non
inhabitat. quod ex
tra se positum non
ipse sustentat; *sup*
Quia igitur intentio
nes electe uniuscuiusq;
anime spei eterni
tatis inuicantur.
Recte uoce dominice
de hac terra dicitur;
Super quo bases illius
solidate sunt; *Resi*
aperte dicitur;
Nisi super me; *sup*
Cui dum iusta quaeq;
anima intendit om
ne quod temporaliter
facit. In me procul
dubio non tempora
liter construit; *sup*

Quia uero tunc robur
tius infundamento
solidamur. cum uer
ba di. & in exteriorib;
preceptis sequimur.
& in intamis sensibus
subtilius intellegendo
pensamus. Recte
subiungitur; *sup*

**Uel quis diuinit
Lapideum angula
rem eius; *sup***

Lapis quippe angula
ris est. ad sacra elo
quia intellectus du
plex; Quia tunc diui
nitatis dimittitur.
quando nequaquam
districto iudicio. Ig
norantie suae tene
bris inligatur; *sup*

Sed quadam libertate
perfruitur. dum in
preceptis di. sufficit.
uel exsequendo exte
riora agere. uel con
templando interna

sentire. Ad quod u
numquam noster intel
lectus adurgeret. Si
ad suscipiendam naturam
nostram. Ipse noster conpi
tor non ueniret.

Quidam angularis la
pis dicitur. qui ad uos
in se populos iunxit.
atque aliter equa con
iuncte utriusque uite
actiue uidelicet & con
templatiue in se exem
pla monstrauit.

Ab actiua enim uita
longe contemplati
ua destitit. Sed in
carnatus redemptor
noster ueniens. dum
utrumque exhibuit
in se utrumque sociauit.

Nam cum in urbe mira
cula faceret. in mon
te uero orando conti
nue pernoctaret.

Exemplum suis fidei
bus praeiuit. ut nec

contemplationis stu
dio proximorum
curam negligant.
Nec rursus cura pro
ximorum inmodera
tus obligati contem
plationis studia dese
linguant. Sed sic
in utrisque. Sine mente
pariendo coniungat
quatenus nec amore
dei prepediat amor
proximi. Nec amo
rem proximi quia
transcendit abiciat
amor dei. Quia igitur
humano cordi
quid ageret ignoran
ti dei atque hominis
mediator apparuit.
qui & agendo transi
toria disponeret
& contemplando
ostenderet. unde cuncta
penderent. Recte
dicitur. Quisquis
misit lapideum angularem

Nisi aperte dñs diceret.
 Nisi ego. Qui unicū
 quem sine tempore
 genui. seruandis ho
 minib: cum tempore
 ostendi. In cuius uita
 discerent. & iam diuer
 sa uiuendi studia non
 discrepare. Et no
 tandum quod eum
 se non emisisse. sed
 dimisisse asserit.

Quia profecto huma
 nam naturam filius
 suscipiens. ad ima
 desublimib: uenit.
 Cuius incarnationis
 mysterium. quia
 & electi angeli mira
 ti sunt. qui eodem
 mysterio redempti
 non sunt.

Recte subiungitur.
**Qua melauda
 RENT SIMUL ASTRA
 MATUTINA.**

Quia ENIAM PRIMO

intempore condita
 natura rationabiliū
 spūum creditur. non
 inmerito matutina
 astra. angeli uocant.
 Quasi ita est. dum ter
 rena esset inuisibilis
 & inconposita. Dum
 tenebre essent super
 abyssum. uenturu
 diem subsequenti
 seculi p lucem sapi
 entie & sistendo pre
 uenerunt. Nec neg
 legenter audiendu
 est. quod additur
 simul. Quia nimi
 rum matutina astra
 & iam cum uespertinis
 redemptoris poten
 tia laudant. dum
 electi angeli & iam
 cum redemptis in mun
 di fine hominib: lar
 gitate gratie supne
 glorificant. Ipsi
 quippe ut nos ad laudē

conditoris accende-
rent hoc quod supe-
rius diximus. ortu p-
carnem luce clama-
uerunt. Gloria in
excelsis dō. & in terra
pax hominib; bone-
uoluntatis. Simul
ergo laudant. quic
redemptionis nostre
uoces suae exultationis
adcommodant.
Simul laudant. quia
dum nos conspiciunt
recipi. suum gaudent
numerum repleti.
Quia & fortasse ideo
matutina astra me-
morantur. quia sepe
ad exhortandos homi-
nes missi sunt.
Et dum uenturū mane
nuntiant. ab huma-
nis cordib; prae-
sentis uite tenebras fu-
gunt. Sed ecce
angeli diuinā poten-

tiam laudant. quia
ipsa eos tantae clari-
tatis uisio dilatat.
Nos autē qui sedimur
sed tamen corruptio-
ne adhuc castus gra-
uamur. donum quod
percipimus qua uir-
tute laudamus.

Quomodo enim ualebit
lingua dicere. quod
non sufficit mens
nrā sentire. Sequit̄.

” **ET JUBILARENT OM-
NES FILII DĪ.**

Jubilatio quippe di-
citur. cum cordis
læticia oris efficacia
non expletur. sed qui-
busdam modis gaudi-
um prodit. quod ip-
se qui gaudet nec tege-
re praeualat. nec ex-
plere. Laudent itaq;
angeli. quia iam tan-
tae claritatis latitudi-
ne insublimib; uident.

Jubilent uero homines
 qui adhuc in inferio-
 rib; oris sui angustias
 sustinent. Quae quia
 certo futura dñs noue-
 rat. non tamen facien-
 da insinuat. quam
 factae narrat.

Sed quid agimus. quod
 cum boni de redemptione
 suae mysterio
 iubilant. malos inui-
 dia inflammant.

Quum electi proficiunt.
 reprobi corabiem fu-
 roris excitantur.

Quae bona nascentia quia
 nolunt imitari. per-
 secuntur. Sed tamen
 inter haec etiam qui
 redemit non derelin-
 quit. Scriptum quip-
 pe est. Fidelis autem
 dñs qui non patietur
 uos temptari supra
 quam potestis. sed
 faciet cum temptatione

etiam prouentum ut
 possitis sustinere.

Nouit enim conditor
 noster. quicquid sur-
 gere persecutionis pro-
 cella sint. quicquid
 surgentem seprimat.

Nouit pro custodia nra
 restringere. quod con-
 tre nos egredi pro nra
 exercitatione permittit.
 Ut reuens nos diluat.
 procella non mergat.

Unde sequitur.

**QUIS CONCLUSIT
 OSTIIS UARE
 QUANDO ERUOPE-
 BAT QUASI DE
 UULUA PROCEDENS.**

Quid enim uare
 nisi saeculum.

Quid uuluum. nisi
 conceptum carnalis
 cogitationis accipimus.

Hoc enim loco uuluae
 nomine occulta &
 malitiosa carnalium

222^v
cogitatio designatur.

Quæ uulua non ad pro-
ferendam prolem
concepit substantiam
corporis. Sed ad ex-
plendam nequitiam
causam doloris.

De hac uulua cordis In-
quorum alias dicitur.

Concepit dolorem & pe-
perit iniquitatem.

Per hanc uulua praua
concipiunt. cum mala
cogitant. Per hanc
uulua pariunt. cum
mala quæ cogitaue-
runt operantur.

Erumpibat ergo mare
quasi deuulua proce-
dens. cum ininarum
secularium fluctus.
de carnalis cogitatio-
nis iniquitate concep-
ti. in scæ ecclesie in-
teritum seruirent.

Sed auctore dō ostis.
hoc mare conclusum

est. quia contra
tumores persequen-
tium scilicet quasi quæ-
dam ostia opposita
sunt. ut eorum mira-
culis atque reuerentia
ire persequentium

fringerentur.
Humilitatis quippe dñs
terrenis principibus
per eos scām ecclesiam
supra mundi culmen
euexit. & seuentes
maris impetus. erecta
eiusdem ecclesie po-
testate coheruit.

Sed huic seuenti mari
quid dñs fecerit
audiamus. Sequitur.

Cum ponerem nu-
Beam uestimentū
eius. & caligine illud
quasi pannis infantie
obuoluerem.

Mare seuiens nube
induitur. quia cru-
delitas persequentium.

stultitiae suae uelamen
 to uestitur. Interpo
 sita enim caligine in
 fidelitatis suae perspicue
 ueritatis lucem uidere
 non sufficit. Et id quod
 agit per crudelitatis
 impulsu peccitatis
 suae meritum non ag
 noscit. Nam si cog
 nouissent aut aposto
 lus. Numquam dominum
 glorie crucifixissent,
Haec nubes non solum
 sola infideles extra
 positos praemere
 Sed quosdam etiam
 uiuentes carnaliter
 intra ecclesiam tene
 brare. Unde sancti uiri
 qui aliene etiam neg
 legentiae compatiuntur
 & se pati aestimant
 quod perpetrati alios
 sentiunt. Dolores
 dicunt. **O**pposuit
 nubem ne transeat

oratio. **A**chi aperte
 dicant. Mentire
 terrenis uoluptatibus
 aduete curarum
 suarum phantasmata
 iusto iudicio obicit
 quibus eam in ipsa ora
 tionis suae intentione
 confundit. **Q**uam
 desideris infirmis
 dedita non ignoras.
 Recte cecata ab intalen
 da lucis tue perspicui
 tate reuerberas.
Ut cum mente intenditur
 ipso atque cogitationu
 suarum nubilo reflec
 tatur. **Q**uae terrena
 haec ad iduam cogitat
 quia uult. haec etiam
 tolerat in oratione
 cum non uult.
Quia igitur ipsa psecu
 torum nequitia supra
 dispensatione constri
 gitur. **N**e contra scos
 uiros in quantum

uoluerit effrenetur.
 " Postquam dixit. Cum
 " ponerem nubem uesti-
 " mentum eius. apte
 " subdidit. & caligine
 " illud quasi pannis in-
 " fantie obuoluerem.
 Pannis quippe infantie
 pedes uel brachia cons-
 tringuntur. ne hac
 atq; illac dissoluta
 libertate iacentur.
 Quia ergo persecutores
 scē ecclesie instabili-
 tate cordis inquisi-
 atq; huic seculo delecto
 non grandæua. sed
 puerilia sapiunt.
 Qui quidem obscuritate
 atq; caligine non intel-
 lecti superni iudicii
 constringuntur. ne
 tantum persequi uale-
 ant quantum uolunt.
 Pannis infantie refe-
 runtur obuoluta. quia
 sicut dictum est.

Puerilia quidem sapiunt
 sed diuina dispensa-
 tione constricta. quo
 uolunt. brachia non
 extendunt. Etsi
 cuncta mala perpe-
 trare leuiter appetunt.
 Nequaquam tamen im-
 plere cuncta que appe-
 tunt. præmittuntur.
 Se qui tur-

" **CIRCUM DEDI ILLUD**
 " **TERMINIS MEIS.**

TERMINIS SUIS DÑS
 mare circumdat.

Quia iras persequentium
 iudiciorum suorum
 dispensatione modifi-
 cat. Ut insani tumida
 unda feruoris. plano
 frangatur litore
 occulte dispositionis.
 Se qui tur-

" **ET POSUI UECREAS**
 " **ET OSTIA. ET DIXI.**

" huc usq; uenies & non
 " procedes amplius.

& hic confringer
tumentes fluctus tuos.

QUID PER OSTIA. NISI
PREDICATOSES SCAI

QUID PER UECTEM. NISI
INCASMATIS DNS DESIG
NATUR. Qui haec ui
delicet ostia contra

seuientis maris impe
tum tanto ualentio
ra opposuit. quanto

ex sua obseruatione
roborauit. Quia eni
istae scae ecclesiae

ostia uectis huius op
positione solidata sunt.

Potuerunt quidem
tundi fluctib; sed
effringi nequuerunt:

Ut ea exterius unda
psecutionis influeret
sed nequaquam cor

dis eorum interna pe
nstraret. Et quia
doctores scai. praedica

tione quidem sequen
tib; aperta sunt

ostia sunt

Auctoritate autē sua
resistentib; clausi

non inmerito ostia
uocantur. Id est

apertae conuersatione
humilium. & clausa
terrorib; superbiorū

Non inmerita ostia
uocantur. Quia &
ingressum fidelibus

aperiunt. & rursus
se se perfidis ne ingre
diantur opponunt.

PENSEMUS quale eccle
siae ostium extitit pe
trus. qui inuestigantē

fidem corneliū recepit;

Praetio quarentem
miracula simonem
reppulit. Illi dicens

” **I**NUERITATE comperi
” quia non est persona
” rum. acceptor dñi.

Sacra regni benigne
aperit. huic inueniens.

” **P**aecunia tuu tecum
” sit in perditione.

Per districtę damnatio-
nis sententiam cęles-
tis aule aditū claudit.

Quid cuncti apostoli

„ Nisi scęe ecclesię ostia
existunt. Cum uoce
redemptoris sui audi-
unt. Accipite sp̄m
sc̄m. Quorum semise-
ritas peccata semit-
tantur eis. & quos
reuerteris sententia
sunt. Ac si illis apte
diceretur. Per uos
ingredientur ad me
hii quibus uos m̄ ipsos
panditis & repellen-
tur quibus obseratis
igitur dum mare seuit
dñs uectem & ostia
opponit quia ab ama-
ris & perfidis cordibus
dum persecutionis
procella se dilatat
in mundo dñs unigenita
sui gloriam prædica-
torum que eius

reuerentiā exaltat
& dum innotescit mys-
teria diuine fortitudi-
nis frangit in impiis
fluctus furoris

Bene autem dicitur

„ Hucusq; uenies & non pro-
cedis amplius. Quia
nimis um iudicii occultę
mensura est. & quan-
do persecutionis pro-
cella prosileat & quan-
do conquiescat

Ne aut non exagitata
electos non exerceat
aut non moderata
in profundū mergat

Cum uero notitia fidei
usq; ad persequentēs
extenditur. turbati
maris tumor sedatur
sibiq; fluctus suos mare
frangit quia ad cog-
nitionē ueritatis ue-
niens. omne quod
nequiter egit erubescit

Fracta quippe unda

in se relinquitur quia
 uicta nequitia & iam
 per cogitationem sui
 cordis accusatur &
 quasi ipsa uim quam in
 tulerat recepit quia
 deprauitate quam ges
 serat reatus sui stimu
 los sentit. Unde qui
 busdam ppaulu dicitur.
 Quem ergo fructum ha
 buistis tunc in illis in
 quibus nunc erubescitis?
 Ac si diceretur. Quid se
 in altum fluctus uis
 prauitatis & tulerunt
 qui nunc in semet ipsis
 fracti. Unde peruer
 sos uos inflauerunt
 conuersos inde con
 fundunt. Recte itaq;
 dicitur. & hic confir
 mes tumentes fluctos
 tuos. Quod uero in
 hac conclusione maris
 secundo de ostiis dici
 tur more sacri eloqui

res semel dicta pro
 confirmatione sepli
 catur. Si autem hoc
 in loco. Si mare acci
 pere non specialiter
 turbam persequentiu.
 Sed generaliter saecu
 lu debemus. Secundo
 contra hoc mare dñs
 ostia opposuit. Quia
 & prius humano generi
 praecepta legis & post
 modum noue gratie
 testamentum dedit.
 Secundo obiecit ostiis
 Shuius maris impetum
 clausit quia eos quos
 ad obsequium sui cultus
 adsumpsit & prius
 ab idolis data lege coer
 cuit & post ab intel
 lectu carnali gratia
 reuelatae corripit.
 Secundo mare ostia
 Sacceptit quia huma
 num genus prius dñ
 ab operibus iniquitate

prohibuit. post modum
 uero & iam a cogitatio
 nis culpa constrinxit.
 Videamus quem admodum
 prima tumentis mari
 dominus ostia imponat.
 Ecce enim per legem dicit.
 " Non occides. non moecha
 " ueris. Non furum facies.
 " Non falsum testimoni
 " um dices. Videamus
 quem admodum secundis
 hoc mare dominus ostia
 claudit. Ecce in euang
 eliom dicit.
 " Audistis quia dictum est
 " Manti quis. Non moecha
 " ueris. Ego autem dico
 " uobis. quoniam omnis qui ui
 " derit mulierem ad con
 " cupiscendum eam. Jam
 " moechatus est eam
 " in corde suo. Rursusque
 " dicitur. Audistis quia
 " dictum est. Diligis pro
 " ximum tuum. & odio
 " habebis inimicum tuum.

" Ego autem dico uobis
 " Diligite inimicos uos
 " benefacite his qui uos
 " oderunt. Qui igitur
 prius nequitias operis
 prohibet. post modum
 culpas cordis & aurit.
 Nimirum tumentis
 mari. Nec istum ducta
 iustitiae litora transe
 at bis ostia imponit.
 Bene autem cum diceret.
 Quis conclusit ostia mare
 Quislico & tempus ad iun
 xit dicens.
 " **QUANDO ERUOPEBAT**
 " **QUASI DE UULUA**
 " **PROCEDENS.**
 Quia uidelicet tunc
 humani generi pre
 ceptis legis obuiauit.
 quendo adhuc seculum
 suae origini uicinum.
 quasi abortiu proprio.
 ad prouectum uitae car
 nalis & iebat.
 De uulua quippe pcedere

est. In luce presentis
 glorie carnaliter appa
 rere; & recte subiungit;
**Cum poneream nu
 beam uestimentu eius;**

Quia nimirum d's.
 hominib; non tunc
 aperte ostensione se
 intulit. Sed dum eos
 ab errore perfidiae
 eripit. nec tamen illis
 claritate sui luminis
 pate facit. quasi &
 tenebris eos abstulit;

Sed adhuc nube uestiuit
 ut & pristina prauita
 tis acta relinquerent.
 & tamen uentura bona
 adhuc certius non ui
 derent; Ubi & apte
 sub dicitur;

Et caligine illud.
 quasi pannis infantie
 obuoluerem;

Quia enim rudes po
 pulos. non aperta
 sp's praedicatione

edocuit. Sed figurata
 locutione. preceptis
 littere adstrinxit.

Adhuc infirma sapien
 tes uerborum suoru
 caligine. quasi pannis
 infantie obuoluit. ut
 mandatis grossiorib;
 ligata crescerent. Ne
 male liberi. in suis uo
 luptatib; perirent.
 Quos ad uitam iustitiae.
 dum non iam caritas.
 sed adhuc timor ad
 stringeret. diuina
 dispensatio. quasi prae
 sit ut nutrisset;

Infirmus namq; popu
 lus. cum preceptorum
 pannos nolens pestu
 lit. ad firmiore statu.
 & ipsa suae ligetione
 peruenit;

Quia enim timor eum
 prius a culpa coeuit.
 competenter post
 modum in libertate

sp̄s & iure; Hos pannis
 infantie. quos inchoan-
 tib; dedit. ipse p̄pro-
 phetam dñi repr̄ehen-
 dit. dicens; Ego dedi
 eis p̄cepta non bona;
 Mala enim quasi mala
 esse desinunt. compara-
 tione peiorum; & bo-
 na quasi bona non
 sunt. comparatione
 meliorum; Nam sicut
 peius delinquenti iudee.
 de sodoma atq; sama-
 ria dicitur; Justifica-
 sti sorores tuas. in omni-
 b; abominacionib; tuis
 quas operata es;
 Ita meliorib; testamen-
 ti noui p̄ceptis sub-
 sequentib; p̄ceptis
 bona que rudibus
 data sunt. Non
 bona esse memorant;
 Neq; enim merces. usui
 uite carnalis inhe-
 rent. euelly ab infimis

possent. Nisi gradatim
 ducta p̄dicatione
 proficerent; Hinc quip-
 pe est. quod in egypto
 postas. pio iustoq; mo-
 deramine latent. eoru
 concupiscentie condes-
 scenditur; & uicino-
 rum suorum uasis.
 aureis argenteisque
 sublati. discedere iubentur
 qui ad p̄na montem
 ducti. accepta lege
 mox audiunt;
 Non concupisces sem pro-
 ximitati; Hinc est
 quod in eodem lege.
 oculum pro oculo den-
 tem pro dente. p̄eci-
 piuntur exigere;
 & quandoq; tamen seue-
 lata gratia. percussa.
 maxillam alteram
 iubentur p̄bere;
 Quia enim plus semper
 ira inuidia & q̄rit.
 quam in misericordia accipit.

dum discunt mala non
multiplicius reddere.
quandoq; discerent ea
& multiplicati sponte
tolerare; Hinc est
quod eundem rudem
populum a quibusdam
prohibuit quaedam
vero ei in usu pristino
servavit. Sed haec ipsa
tamen in meliores uite
figura composuit;
Bruta namq; animalia.
idolis in aegypto multa
bant eiq; in usum post
modum animalium
mactatione reuocant.
Sed idolorum cultum
uitant. Ut dum de
usu suo aliquid admittit
teret & consolaretur eius
infirmitas. pro hoc quod
de usu suo aliquid ha
beret; Mira autem
dispensatione consilii
quod ei dñs de consue
tudine carnali reuocant

hoc in figura sps poten
tius uertit; Quid enim
sacrificia illorum ani
malium. Nisi unigeni
ti mortē designant?
Quid sacrificia illorum
animalium. Nisi & p
tinctionē carnalis
nræ uite significant?
Unde ergo imbecillitatis
populi rudis condescen
ditur. Inde ei p obum
bratas allegoriarum
species. maior forti
tudo sps nuntiatur;
Recte itaq; dicitur;
Et taligine illud quasi
pannis infantiae ob
uoluerem; Quia unde
eius teneritudinis in
firmitas perculit. Inde
altam significationū
spirituum nubem
fecit; Quem quia
praeceptorum limite.
ab inmoderatis animi
euagationib; cinxit.

„ Recte subicit; Cistum
 „ dedi illud terminis meis;
 & quic huius humani
 generis motus. misso
 mediatore coheruit.
 apte subiungit; **Q**
 „ Et posui ueltem & ostia;
 Ueltem quippe & ostia
 posuit. quia redemp-
 ptore nro. contra culpas
 delinquentium misso.
 noue uite predicamen-
 te firmavit; Clausa
 namq; ostia opposito
 ueltem roborantur;
 Ueltem ergo ostia opposuit.
 quia contra lasciuos
 motus humani generis.
 unigenitum misit.
 qui precepta spiritalia
 quae loquendo docuit.
 agendo solidauit;
 Bene autem subditur;
 „ Et dixi; Huc usq; uenies.
 „ & non procedes amplius.
 „ & hic confringes tu-
 „ mentes fluctus tuos;

Hoc quippe mare. ostia
 priora transcendunt.
 quia claustra legis
 opposite. humani tumo-
 ris unda saliebat;
Apost quam mundus
 oppositum sibi unigenitum
 repperit. elationis
 suae impetum fregit.
 & transire non ualuit.
 quia eius fortitudine.
 furoris suae terminum
 clausum inuenit;
Unde recte per propheta
 dicitur; Mare uidit
 & fugit; Possunt
 & iam per ostia apte
 passiones eius non in-
 conuenienter intellegi;
Quib; & occulto ueltem
 posuit. quia eas & in-
 uisibili diuinitate robo-
 rauit; Contra quas
 mundi fluctus ueniunt
 sed fracti dissilescunt.
 quia superbi eius ui-
 dendo despiciunt.

228R

sed earum vires & pe-
riendo per timentur;

Nam dum passiones
unigeniti humanum
genus prius intravit
post modum & pavit
quasi contra opposita
ostiamore elidendi
maris & timore ela-
tum uenit & fractum
uirtute dissiluit;

Sed quia id cito hoc ad
beatum iob dicitur
ut de tot uirtutibus
cordis eius gloria
premeretur ne sibi
fortasse tribuat quod
se stare sublimiter
non ignorat. Cum
quanta eius aedifica-
tione sint dicta per-
pendimus si haec & ia
moraliter differamus;

Dicitur itaque; Quis con-
clisit ostium mare;

Quid est mare nisi cor
nr̄m furore turbidum.

Rixa amarum. Ela-
tione superbie tumi-
dum fraude malitiae
obscurum. Quod ma-
re quantum sauiat
at̄tendit. Quisquis
in se occultas cogitatio-
num temptationes
intellegit; Ecce enim
iam peruersa relinqui-
mus. Jam desideris
sectis inheremus.
Jam praua opera foras
abscidimus. Sed tamen
latenter intus ea
cum qua huc uenimus
uite ueteris procella
fatigamus;

Quam nisi respectu iudi-
cii & aeterni pauore
tormenti. immensi ti-
moris claustra con-
stringerent. cuncta
in nobis penitus sup
aedificati operis fun-
damenta corruissent;
Si enim quod psuggestione

seuit Intrinsicus per
deliberationē foras
erumperet. uite nr̄e
fabrica funditus euer
sa lacuisset. Inim
quitate namq; concep
ti & indelicto editi p
insite corruptionis
molestias. pugnam
nobiscum huc deferi
mus. quam cum labo
re uincamus.

Unde recte de hoc mari
dicitur. Quando
erumpebat quasi de
uulua procedens.

Uulua enim prauę cogi
tationis. adulescentiā ē.

De qua per moy. senon̄s
dicit. Sensus enim
& cogi. Statio huma
ni cordis. prona est
in malum ab adules
centia sua. Corrup
tionis namq; malum
quod unusquisq; n̄m
Abortu desideriorum

carnaliū sumpsit. In
proueltu & atis & exa
Et nisi hoc citius diuine
formidinis manus
reprimat. Omne
condite nature bonū.
rum repente culpa
in profundum uorat.

Nemo igitur sibi cogita
tionū suarum uicto
riā tribuat. cum ue
ritas dicat. Quis
concluserit ostiis mare.
quando erumpebat
quasi deuulua proce
dens. Quia nisi ab
ipso cogitationis pri
mordio cordis fluc
tus gratia diuina
retineret. temptatio
num procellis mare
sæuiens. terrā procul
dubio humane mentis
obruisset. ut salis
fluctibus perfusa aser
ceret. Id est. p̄nitio
sis castis uoluptatibus

delectata deperire. **S**olus ergo dñs ostendit mare conclusum qui prauis motibus cordis claustra inspirate formidinis obicit. Quia uero ex quæceni mus sequi prohibemur quia ad corporearum serum delectatione relundimus. Libet iam ad inuisibilia oculos mentis at tollere atq; hæc ipsa quæ seqi precipimus uidere. Sed quid agimus quia infirmis illa obturb; nec dum patent ecce eccleorum amore uocamus. Sed tamen auisione restringimur. Qui & si quando alicjio fustim parumque aspiciamus sub incerto nimis adhuc uisu caligamus. Unde apte subiungitur

“ Cum ponerem nubem
 “ uestimentum meum &
 “ caligine illud quasi
 “ pannis infantie ob
 “ uoluerem. Hoc mare
 tumultuosum uideli
 cæ cogitationib; cor
 nñm nube uestitur
 quia ne intemā quie
 tem pure conspiciat
 iniquitatis suæ con
 fusione tenebratur.
Hoc mare caligine qua
 si infantie pannis
 obuoluitur quia ad
 contemplandis subli
 mib; adhuc teneris
 sensib; suæ infirmita
 tis ligetur. **U**ideamus
 paulum quadam cali
 gine quasi infantie
 pannis inuolutū ait
 “ Uidemus nunc per spe
 “ culum in enigmate
 “ tunc autē facie ad fa
 “ ciem. Nunc cognosco
 “ ex parte. Tunc

" cognoscam sicut &
 " cognitus sum. Quisi
 se uiconprehendenda
 caelestia infantem
 non cerneret. & aetatis suae
 adhaec comparatione
 nullomodo praemisit
 " & dicens, Cum esse
 " paruulus loquebar
 " ut paruulus. Sapiebam
 " ut paruulus. Cogitabam
 " ut paruulus.

Tunc ergo ad robar lu
 uenale conscendimus.
 cum forte sensu eam
 adquam tendimus ui
 tiam uidemus.

Nunc autem quia inten
 tionis nostrae acies per
 infirmitatem suam ab
 interna luce retrandi
 tur. uentis nostris ligata
 infantis pannis tenet.

Ubi apte subiungitur.

" Circumdedit illud testi
 " nis meis. Terminis
 enim suis. Dominus hoc

mare circumdat.
 quia cor nostrum adhuc
 corruptionis suae
 molestia & cura tur
 bulentum. sub mensura
 contemplationis. hu
 miliat. ut licet plus
 appetat. ultra tamen
 quam sibi conceditur
 non ascendat.

Uel certe testimoniis suis
 dominus hoc mare circumdat.
 quia cor nostrum temp
 tationibus tumidum.
 occultis donorum
 distributionibus miti
 giet. modo agens ne
 praua suggestio. ad
 delectationem ueniat.
 Modo ne praua delec
 tatio usque ad consensum
 prorumpat. Qui ergo
 illicitos motus cor
 dis respicit. & in qui
 busdam eos usque
 ad consensum peruenire
 prohibet.

In quibusdam uero
 illos & iam ad delecta
 tione restringit. ni
 mirum furens mari
 terminos imponit. ut
 ut nequaquam inope
 re & eat. Sed intra
 sinum mentis temp
 tationum submissu
 rans se unda conlidat,
 Quae quia tunc ualen
 ter restringitur. cum
 ei delectatione
 di atq; inspiratis uir
 tutib; obuiatur.
 Recte subiungitur
 Et posui uectem & ostia
 & dixi. Huc usque
 uenies & non proce
 dis amplius. & hic con
 fringes timentes
 fluctus tuos. Quid eni
 moraliter p ostia
 Nisi uirtutes. Quid
 per uectem. Nisi ro
 bor caritatis accepi
 mus. Haec itaque

ostia scilicet uirtutes
 operationum. Mare
 seuens dissipat. Nisi
 ea & occulto mentis
 opposita caritas astrin
 gunt. Facile autem
 omnem uirtutem bonum
 temptatione cordis
 inruente destruetur.
 Nisi ab intus fixa
 caritate solidetur.
 Unde & paulus in suis
 praedicationib; dum
 quaedam uirtutum
 ostia mari tempta
 tionis opponeret. illico
 eiusdem ostis quasi
 robor uectis adiun
 xit dicens. Sup om
 nia autem haec cari
 tate habentes. quod
 est uinculum perfec
 tionis. Perfectio
 nis enim uinculum
 caritas dicitur. quia
 omne bonum quod
 agitur. Nimirum

per illam ne pereat
ligetur. A temptato
re namq; citius quod
lib& opus euellitur. Sed
solutum auunculo cari
tatis inuenitur.

Si autem mens di acco
proximi dilectione
constringitur. cum
temptationu motus
quælib& ei iniusta
suggererint. obicem
se illis ipsa dilectio
opponit. & prauæ
suctionis undâ virtu
tum ostis. aucte in
timi amoris frangit.
Quia ergo dñs per in
spiratē caritatis for
titudine nascencia
in corde uirtia reprimi
t. Insurgens ma
ris impetū. per abra
rata claustra con
percit. Ira fortasse
in occulto exasperat.
Sed ne quies superbia

perdatur. per turba
tioni mentis officium
lingue subtrahitur.
Ne usq; ad uocē & eat.
quod in sinum cordis
tumultuosum sonat.

Luxurie in occultis
cogitationib; accen
dit. Sed ne superna
mundiciam mens
amittat. concepte
inmundicie. ea quæ
famulari poterant
membra castigat.
Ne usq; ad corruptio
nē & alit corporis.
f&or cordis.

Quarta stimulat
sed ne cælesti regno
mens caseat. intra
claustra se parsimo
nie contenta. pro
priis liget. ne in pra
uo se opere dilata
& usq; ad exteriores
actos interne concu
piscencie æstus

231 R

& sudat. Superbia
 inflat. Sed ne ue
 ram celsitudinē amitt
 at. considerando
 quisq; quia pul. ^{vir} ab al
 titudine se concepte
 elationis humiliat.
 Certans nimirum ne
 quod insuggestione
 cogitationis tolerat
 in exortatione operis
 erumpat. Bene ergo
 dicitur. Posui uectē
 & ostia. & dixi.
 Huc usq; uenies & non
 proceles amplius. &
 hic confringes tumen
 tes fluctus tuos.
 Quia dum electus quisq;
 & temptatur uitiis.
 & tamen facere male
 suggesta renitatur
 quasi mare clausum
 tenetur. Quod & si
 intus tumultuosus
 cogitationum fluctu
 bus mentē peuet.

Statuta tamen bene
 uiuendi litora non ex
 cedit. Quod mare
 quidem intumore
 se erigit. Sed dum fixe
 deliberationi cordis
 inlioratur. fructū redit.
 Beatus igitur iob ne sibi
 tribuat. quod contra
 procellas cordis for
 titer stat. uoce diuina
 audiat. Quis conclu
 sit ostiis mare. quan
 do erumpebat quasi
 deuulua procedens.
 & cetera. Ac si ea apte
 diceretur. In cassum
 te exterius in bonis ope
 rib; pensas. si non me
 interius quante temp
 tationis undas conpesto
 consideras. Ut enim
 fluctus ferre posses.
 in opere meae uirtu
 tis est qui fluctus
 frango temptatio
 nis in corde.

EXPLICIT LIBER
XXVIII. INCIPIT

LIBER XXVIII.

QUONIAM DOMINUS DOMINUS NOSTER
IESUS XPIS

IN EO QUOD
uiras & sapientia dOMi
est. de patre ante
tempora natus est.
uel potius. quia nec

coepit nasci nec desit.
Dicamus uerius. Semp
natus. Non autem
possumus dicere semp
nascitur. ne imperfec
tus esse uideatur.

MI uero ut aeternus
designari ualeat &
perfectus. semper
dicamus & natus.

Quatenus & natus ad
perfectione pROineat.
& semp ad aeternitate.

Ut quocumq; modo illa
essentia sine tempore
temporal; ualeat

designari sermone.

Quam uis hoc ipsum
quod perfectum dicimUS
multum ab illius ueri
tatis & praesione de
uiamus. quia quod
factum non est. non
potest dici perfectum.

Et tamen infirmitatis
nOSTRAE uerbis dOMINUS condes
cendens. ait.

” Estote ergo perfecti.

” Sicut & pater uester

” celestis perfectus est.

IN illa itaq; natuRAta
te diuina ab humano
genere cognosci non
poterat. proinde

inhumanitate uenit.
ut uideretur. Uideri
uoluit. ut limitaretur.

Quae castus natuRAtas.
despecta uisa est sapi
entib; mundi.

Contempserunt namq;
infirma humanitatis
eius. dOMINUS haec indigna

judicantes. Cui tan-
to magis homo debitor
fuit. quanto pro illo
dñs & iam indigna sus-
cepit. Quia enim
non cognouit mundus
p̄ sapientiã dñi. pla-
cuit dō per stultitiã
prædicationis. saluos
facere credentes.

Ac si diceret. Cum dñi
qui est sapientiã. ne-
quaquam p̄ sapientiã
suam mundus inueni-
ret. placuit ut eĩ
homine factum. per
humanitatis stultitiã
cognosceret. quatenus
eius sapientiã. ad in-
stultitiã descenderet.
& lucem supernã
prudentiã. luto sue
carnis inluminata
nrã cecitas uideret.

Natus igitur ex patre
sine tempore. ex ma-
tre nasci est dignatus

intempore. Ut per hoc
quod ortum suum inter-
initium finemq; conclu-
deret. humane mentis
oculis. ortum quine
initio sumitur. nec
fine angustatur ape-
riri. Unde bene
nunc ad beatum
Iob dicitur.

” **P**OST ORTUM TUUM
” **P**RÆCEPISTI OILU-
” culo & ostendisti
” aurore locum suum.

Sub audis. ut ego.
Ortus quippe diuinita-
tis eius. ante & post
non habet. Cui dum
semp esse est. per
æternitate. dum
omne quod labitur
circum scribit intra
sem&ipsum tempo-
rum discursus clau-
dit. Ortus uero
humanitatis eius. quia
& cepit & desit.

& ante & post habere
 a tempore accepit,
 Sed quia dum ipse um-
 bras nrae temporali-
 tatis suscepit lumen
 nobis suae aeternita-
 tis infudit. Recte
 per hunc ortum quae
 creator sibi in tem-
 pore condidit. locum
 suum sine tempore
 aurora cognouit,
 Quia enim diluculum
 uel aurora a tene-
 bris in lucem uertitur.
 Non immerito dilu-
 culi uel aurore no-
 mine omnis electo-
 rum ecclesia desig-
 natur, Ipsa namque
 dum ab infidelita-
 tis nocte ad lucem
 fidei ducitur. uelut
 aurore more. in
 diem post tenebras
 splendore superne
 claritatis aperitur.

Unde & bene incanti-
 canticorum dicitur
 " Quae est ista quae pro-
 " greditur quasi auro-
 " ra consurgens,
 Sca enim ecclesia cae-
 lestis uite premia
 appetens. aurora
 uocata est, Quia
 dum peccatorum te-
 nebras deserit. iusti-
 tiae luce fulgescit,
 Habemus tamen subti-
 lius aliquid quod con-
 siderata euclitate
 diluculi uel aurore
 pensemus, Aurora
 namque uel diluculum
 noctem quidem praeter-
 terisse nuntiant
 N& tamen diei clari-
 tate integram osten-
 tant, Sed dum illa
 pellunt hanc suscipi-
 unt lucem tenebris
 pmixta tenent,
 Quid itaque in hac uita

233A

omnes qui ueritatem
sequimur. Nisi aurora
uel diluculum sumus,

Quia & quaedam iam
quae lucis sunt agimus.
& tamen in quibusdam
adhuc tenebrarum
reliquis non caesemus,

Per prophetam quippe
dicitur, Non iusti
ficabitur in conspectu
tuo omnis uiuens.

Rursumque scriptum est.

In multis offendimus
omnes, Paulus quoque
ait, Uideo aliam le
gem in membris meis
repugnantem legi men
tis meae & captiuum
me ducentem in lege
peccati, quae est in mem
bris meis, Ubi ergo
lex peccati, cum lege
mentis intendit, pro
fecto aurora est.

Quia lux quae iam
emicuit, nec dum pre

tereuntes tenebras
fuditur praesit, do
huc aurora est.

Quia dum lex carnis le
gem mentis, & lex
mentis legem carnis
percutit, inter se uicis
sim lux & umbra con
fligit, Unde rursus
paulus cum diceret,

” Nox praecessit. Nequa
quam subdidit dies
” uenit. Sed dies autem
” uero propinquauit,

Qui enim post discessu
noctis, non iam uenis
se, sed ad propinquasse
diem insinuat, esse
proculdubio ante
solem, post tenebras
adhuc in aurora de
monstrat.

Tunc autem plene scilicet
electorum ecclesiam
dies erit, cum & iam
mixtae peccati umbra
iam non erit.

Tunc plene dies erit
 quando intermi-
 nis perfecto feruore
 claruerit. Tunc
 plene dies erit. quan-
 do nulla malorum
 suorum temptante
 memoria tolerant.
 omnes a se tenebrarum
 & iam reliquias abscon-
 dit. Unde & bene
 haec aurora quae ad
 huc intrinsecu de-
 monstratur. cū dicit.

” Et ostendisti aurore
 ” locum suum. Cui enim
 locus suus ostenditur.
 profecto & alio. ad
 aliud uocatur.

Quid est enim locus au-
 rore. Nisi perfecta
 caritas uisionis æternæ.

Ad quem cum perducta
 uenerit. Jam de trans-
 acte noctis tenebris
 nihil habebit.

Nunc autem uel huc

temptationum molen-
 tias sustinens. quia
 per intentione cordis
 uel aliud festinat eccle-
 sia ad locum suum
 tendit aurora.

Quem locum si mente
 non cerneret. in hu-
 ius uite nocte sema-
 neret. Sed dum
 cotidie contendit
 perfici. & in lucem
 cotidie augeri. locum
 suum iam conspiciat.
 & plene sibi clarificare
 solem querit.

Locum suum aurora
 considerat. quando
 scā anima ad con-
 templandā condito-
 ris sui speciem flagrat.

Ad locum suum pertin-
 gere aurora satia-
 gebat. cum dauid
 diceret.

” Siquit anima mea

” S ad dñm uiuum

234R

quando ueniam & pa
 rebo ante faciem dñi
Locum suum ueritas
 aurore monstrabat
 cum per salomonem
 diceret, Quo habet
 amplius sapiens ab
 stulto & quid pauper
 nisi ut pergat illuc ubi
 est uita, Quem pro
 fecto locum & iam
 precedentib; incarna
 tionē suam patribus
 post ortum suum dñs
 ostendit, quia nisi p
 prophēiā spm incar
 nandum supernae
 patriae regem cognos
 cerent, bona eiusdem
 patriae quam essent
 desiderabilia non uide
 rent, Locum suum
 ueritas aurore pate
 ficit, Cum patrem
 coram discipulis pēit
 dicens, Pater quos
 dedisti mihi uolo ut

ubi ego sum & illi sint
 mecum, Locum suum
 aurore monstrauit
 cum diceret, Ubicumq;
 fuerit corpus illuc
 congregabuntur aq̄le,
Ad hunc locum quem
 cognouerat peruenisse
 aurora festinabat,
 Cum paulus desiderium
 habere se diceret dis
 solui & cum xp̄o esse,
 & rursus, Mibi uiue
 re xp̄s est & mori
 lucrum, & rursus,
Scimus quā sit tērestis
 domus nr̄a huius habi
 tationis dissoluatur
 quod aedificationē sedō
 habemus, domum non
 manu factā aeternā
 in caelis, Bene autem
 post ortum suum locū
 proprium aurore
 ostendisse se perhibet,
 quia future rētribu
 tionis beatitudinem.

prius quam per corpus
 ipse innotesceret & in
 paucorum intellectu
 contenuit. Cum uero
 humane natiuitatis
 infirma suscepit uen-
 ture claritatis notitia
 in multitudine innu-
 mere amore dilata-
 uit. Sed cum diuine
 operis mysterium sic
 misericordia peragat
 ut tamen & ira comi-
 tetur. quatenus occul-
 tus arbiter alios respi-
 ciens reclinat. Alios
 deserens perdat.

Quia cognouimus quo
 modo per incarnatione
 suam electos in lumine
 audiamus nunc quo
 modo reprobos dam-
 na sequitur.

" Numquid tenuisti concu-
 " tens extrema terre
 " & excussisti impios & ea.
 Extrema terre dñs

tenuit. quia in fine
 seculorum ad destitu-
 tionem iam & alienigenis
 regibus subortae synago-
 gem uenit. Atque ex
 illa impios excussit.
 quia spalia fidei pre-
 dicamentis penueni-
 tes. & iam a carnalis
 sacrificii gloria repulsi.

Vel certe extrema terre
 tenuit. quia & iudea
 paucos abiectos & hu-
 miles elegit. Extre-
 ma terre tenuit. quia
 legis doctores deserens
 piscatores sumpsit.

Quinque eius extrema
 tenet. & ea impios ex-
 cutit. Quia dum in-
 firmos fideles roborat
 fortes in illa infideles
 damnat. Recte uero
 & iam concutens ad-
 didit. quia per ad-
 uentum suum in in-
 mensa formidine

235R

etiam reproborum corda
 commouit. Conculsi
 quippe fuerant qui
 dicebant. Nihil pro
 ficimus. Ecce totus
 mundus post eum uadit.

Res autem quae conueniunt
 hic illucque ducta facti
 guntur. Conculsa ergo
 iudeis fuerat quae de
 xpo per alios dicebat
 quia bonus est & per
 alios dicebat & resis
 tebat dicens non
 sed sed uocet turbas.

Per alios dicebat Nisi
 esset hic adu non pote
 rat facere quicquam.

Ateq; uocet extremum per
 alios clamabat.

Si non esset hic malefac
 tor non tibi credidi
 semus eum. Conculsi
 quidem sed non prostra
 ti sunt reprobi. cum
 modo miracula obstu
 percenter cernerent.

modo infirmitatis
 ab propria despicentes
 inridere. An non
 conculsi fuerant qui
 dicebant. Quousq;
 anima nram tollis.
 Si tu es xps. indica nobis
 palam. Vel certe
 extrema terre con
 cussit & tenuit. quia
 cum infirma corda
 humilium pio timore
 terruit. Nequaquam
 ac iudicio districto
 dereliquit. Inde enim
 multitudo credentium
 in domum robustius stetit
 unde se humiliata
 trepidauit. Nam quia
 eum dicit quem concul
 tit tenet. Insinuat p
 propheta dicens.
 Super quem requiescit
 spiritus meus. Nisi super
 humilem & quietum
 & timentem sermones
 meos. Quia eum

quem concutit tenet
 Salomone attestante
 nos instruit qui ait,
 " Beatus uir qui semper
 " est pauidus. Qui autē
 " mentis est dure cor-
 " rux in malum,
 Igitur quia extrema
 iudee dñs in apostolis
 tenuit - atq; ex illa
 scribas phariseos ac
 pontifices impietatis
 suae merito exigente
 reprobauit. Quid ad
 huc de eorum damna-
 tione subdatur. audia-
 mus. Sequitur

" **R**estituetur uultus
 " **T**ui signaculum
 " & stabit sicut uesti-
 " mentum

Quid aliud dñs ple-
 bem israheliticam
 Nisi litam repperit
 quam obsequis genti-
 lium deditam in aegyp-
 to seruente lateribus

inuenit. Quam dum
 tot miraculis ad terrā
 se promissionis duxit.
 dum pducta cognitio-
 nis suae scientia imple-
 uit. dum tot archana
 secretorum & per pro-
 phetiam contulit. quid
 enim aliud quam seruan-
 di mysterii signaculum
 fecit? Ipsa quippe
 diuina propheta clau-
 sum contēnuit. quid
 quid de se ueritas in fine
 reuelauit. Sed dum
 post tot diuina
 secreta. post tot di-
 uina miracula in re-
 demptoris sui uentum
 plus terram quam ue-
 ritate dilexit. per
 sacerdotes dicens.

" **S**i dimittimus eum sic
 " **S**omnes credent in eum
 " & uenient romani &
 " tollent nr̄m locum
 " & gentem.

Quasi uideos quos in
 Aegypto reliqu erat
 lateres relict & que
 facta iam di signacu
 lum fuerat. Ad hoc se
 iterum quod desue
 rat infligit. Lutaq;
 se post signaculum
 in oculis ueritatis ex
 hibuit. Cum per im
 pietatis malitia accep
 ti uerbi mysteria p
 didit & sola terrena
 sapere quae inquinant
 elegit. Ubi apte
 subiungitur

Et stabit sicut uestimen
 tum. In polita nam
 q; & grossiora uesti
 menta & iam cum in
 duta fuerint. quia
 induentis membra
 bene complicata non
 inherant. sticse refe
 runtur. Judea igit
 circa ueritatis notitia. „
 & iam cum seruire „

uideretur. sicut uesti
 mentum stetit.

Quia per exteriora man
 data seruire se dno
 ostendit. Sed adhe
 rere ei p caritatis In
 tellegentiam noluit.

Quum sola in preceptis
 di litteram tenuit
 & nequaquam se
 p spm sensib; intamis
 iunxit. quasi ei qui
 se induerat. non ad
 herit. Ubi & apte
 subditur

AUFERETUR AB IO PUIS LUX SUA.

Quia dum credere
 ueritati rennuunt.
 cognitione legis in
 perpetuum amittunt.
 Et dum de accepta lege
 supbiunt. Nimirum
 descendentiae suae gloria
 caecantur. Scriptam
 quippe est. Obscu
 rentur oculi eorum

236^v
" ne uideant. Rursusque
" scriptum est, Excelsa
" corporali huius & au
" ses eius ad graua,
" Et rursus scriptum est,
" Iudicium ego in hunc
" mundum ueni. Ut qui
" non uident uideant,
" & qui uident caeci
" fiant, Et quia se
" m& ipsos legis ope
" ribus contra condito
" rem legis exculerunt.
" apte subditur,

**ET BRACHIUM EX
CELSUM CONTERETUR.**

Exelsuum quippe
brachium conteretur
quando predicata
fidei gratia superba
legis operatio repro
batur cum dicitur,
" Ex operibus legis non
" iustificabitur omnis
" caro, Cuncta tamen
" haec intellegi & aliter
" possunt, Terram

quippe scriptura sacra
uocare consuevit ecc
lesiam, Extrema
igitur terre dñs tenet
& concutit quia eccle
siae suae ultima per ad
uentum antixpi per
secutione inmanissi
ma turbata per m̄tatur.
Nec tamen p̄mittendo
deserit, Hanc terram
aliquando dñs tenet
& non concutit. Aliquan
do tenet & concutit
quic modo eum
tranquilla pace fidei
possidet, modo com
moueri impetu perse
cutionis iubet,

Bene autem cum diceret,
" Numquid contenuisti
" concutiens extrema
" terrae, Ilico adiunxit,
" Et excusisti impios & ea,
" At testante enim paulo
" plerumque in eis sunt.
" Qui confitentur se

nosse dñm factis aũ
 negent, Impios ergo
 & ec dñs & cutit quia
 hi quos nunc intima
 uita possident tunc
 in uoragine aperta
 infidelitatis cadent
 atq; in aceruum pa
 learum transeunt
 cum temptationis illi
 us aura commouent
 Et quam uis se nunc
 subspecie fidei intra
 areæ sinum tegunt
 tunc nimirum extra
 granorum cumulum
 districta & amnis
 uentilabro resiliunt
 Unde apte subiungit
 Restituetur ut lutum
 signaculum, Resi
 aperte dixerit
 Hi qui nunc uidentur
 in ecclesie sinu signa
 culum tunc ante
 oculos omnium resti
 tuentur ut lutum

Jdest nequaquam iudi
 cia hominum de profes
 sione religionis fallunt
 Sed quã terrena sapi
 ant demonstrantur
 Sol & enim scriptura
 sacra perfide appella
 re signaculum proli
 quitate lutum
 Nam filius iunior qui con
 sumpta substantia ad
 patrem redit in mu
 nere anulum accepit
 Centalis enim populus
 qui immortalitate per
 dita ad dñm peniten
 do reuertitur perfidei
 signaculum munitur
 Unde & absponso suo
 ecclesie dicitur
 "Pone me ut signaculũ
 sup cor tuum"
 Jdeisco namq; signacu
 lum reb; ponitur ne
 qua diripientium pre
 sumptione temeretur
 Sponsus ergo in cor

signaculum ponitur /
 quando fidei eius myste-
 rium in custodia nr̄e
 cogitationis imprimitur /
 Ut ille infidelis seruus /
 nimirum nr̄e aduersa-
 rius / cum signata fide
 corda considerat / tēp-
 tando ea in ludere non
 praesumat / Per luto
 uero quia terrena
 contagia demonstran-
 tur / At testatur psal-
 mista / qui ait /
 " Eduxit me de lacu mise-
 " riae & de luto fecit /
 Quia igitur multi inter
 renis contagia inuenti /
 per ducti uero ad eccle-
 sia / caelestis fidei sacro-
 menta signantur /
 & tamen ab iniquis
 operibus non recedunt /
 Sed cum tempus inue-
 nerit / quid sint

ueraciter ostendunt /
 " Recte dicitur / Restraie-
 " tur uelut a signaculo /
 Quos enim nunc fideles /
 ipsos tunc fidei hostes
 inuenimus / Et quam-
 uis appareant non temp-
 tati signaculum / erunt
 procul dubio temptati
 lutum / Ubi & recte
 dicitur / Restrauetur /
 Quia qualis eorum con-
 scientia esse ante
 fidem potuit / tales
 eos ut post modum
 reprobata uitae conuertit /
 De quibus apte subiungit /
 " Et stabit sicut uesti-
 " mentum / Tot nunc
 quasi uestibus / sc̄a eccle-
 sic induetur / quod si-
 delium ueneratione
 decoratur / Unde &
 ei ostensis gentibus / ad d̄no
 per prophetam dicitur /
 " Quia ego dicit d̄ns / quia
 " omnibus his uelut

ornamento uestieris, R
 Multas tamen quasi fide-
 lib: nunc speci etenus
 induerunt. Sed pulsan-
 te persecutionis impetu
 tunc eis scuta nudabitur,
 De quorum sorte hic dicitur,
 Stabit sicut uestimentum,
 Stare uero hoc loco po-
 nitur. In peccato per-
 sistere, Unde scrip-
 tum est, In uia pec-
 catorum non stetit.
 Vel certe reprob: quis
 q: sicut uestimentum
 stare dicitur. Ut non
 post stare monstre-
 tur. Quia sicut in-
 duta uestis in uisionis
 suae specie per corpus
 tenditur. Scuta autem
 facta complicatur.
 Ita unusquisq: qui
 a scie ecclesie tunc
 statu recesserit. tensus
 ac decorus quasi diu
 induerunt fuit.

Sed & utur post modum
 confractus atq: abie-
 tus lacebit. Si uero
 sticre intellegimus
 per durare. sicut uesti-
 menti stat quisque
 reproborum. quia in
 hac uita quam diligit
 breui durat. Unde
 & p proph&am dicitur,
 " Omnia sicut uestimen-
 " tum uiderescent & si-
 " cut optorium mutabis
 " ea & mutabuntur.
 Haec itaq: quae allego-
 riarum nube tecta
 intulit. Nunc uerbis
 apertiorib: innotescit
 subdens. Auferetur
 ab impiis lux sua.
 Neq: enim eos nunc di-
 lumen inlustrat. qui
 iniquitatis suae mac-
 litiam fidei nomine
 palliant. Nam dum
 iuxta praedicatione
 fidei uiuere neglegunt.

& tamen eundem fi-
 dem speciem tenus ue-
 nerantur. honorem
 uite presentis & no-
 mine religionis qua-
 runt. Hoc quod eis
 & fide lucet quod eos
 fides coram hominib;
 refouet. Sunt uero
 nonnulli. **S** qui eter-
 na quae audiunt uera-
 citer credunt. & ta-
 men eidem quam te-
 nent fidei male uiuen-
 do contradicunt.
Habent huius quoque inter
 tenebras lucem suam.
 quidam puerfa agunt.
 & tamen de deo recta
 sentiunt ne tenebras
 cant funditus.
Ex quadam parte ful-
 gore luminis inlus-
 trantur; quidam
 plus terrena quam
 caelestia. plus quae
 uidentur quam quae

audiunt diligunt.
Pulsante persecutionis
 articulo. quod rectum
 credere uidebantur
 amittunt. Quod illo
 maxime tempore
 multiplicius agitur.
 quando surgente ipso
 iniquorum capite.
 in sca ecclesia perse-
 cutione ultima. libe-
 rissimis uirib; eius for-
 titudo crassatur.

Ibi tunc cor unius cuiusque
 ostenditur. Ibi quic-
 quid in occultis late-
 bat aperitur.

Et qui nunc ore sunt pii
 & corde sunt impii.
 publicata malitia cor-
 ruunt. & lucem fidei
 quam specie tenus te-
 nuerant. perdunt.

Sed inter haec necesse
 est. ut unusquisque nram
 ad cordis sui secretum
 redeat. & actionis sue

damna per timescat,
Ne exigentibus meritis
 per districte iusticie
 iudiciorum di in adiu
 hominum numerum
 currat, **N**emo au
 sibi incaute blandiat
 & id cito se atale casu
 & traneum credat
 quic ad illius temper
 tactis procellam per
 uenire non existimat,
Quantum illius tempta
 tionis tempora non
 uiderunt & tamen
 in eius temptationis
 procella uersantur,
Cain tempus ante xpi
 non uidit & tamen
 membrum ante xpi
 per meritum fuit,
Judas seuitiam persecu
 tionis illius ignora
 uit & tamen
 iure crudelitatis eius
 auaritia succedente
 succubuit, **S**imon

diuisus longe ab ante
 cristi temporibus &
 tunc & tamen eius
 superbie miraculoru
 potentia peruersa
 appetendo coniunxit,
Sic iniquum corpus
 suo capiti sic mem
 bris membra iungunt
 cum & cognitione
 senesciunt & tamen
 praua sibi actione
 copulantur, **N**eq;
 enim per gemus balaam
 libros aut uerba cog
 nouerat & tamen
 eius nequitiam sequens
 uoce superne incre
 pationis audiebat,
 „ **H**aber illic tenentes doc
 „ trina balaam quido
 „ cebat balaac mittere
 „ scandalum coram fi
 „ lis ihu edere & fornicari,
Tyathire quoq; eccle
 siam ab hiezabel not
 tia & tempora

R

& loca diuidebant,
 Sed quia eam par uice
 reatus costrinxerat
 in esse ei hiezabel dici
 tur. Atq; operib; per
 uersis insistere. ange
 lo attestante qui ait,
 "Habeo aduersus te quic
 " permitas mulierem
 " hiezabel. quæ se dicit
 " proph&ando docere
 " & seducere seruos meos
 " fornicari & mandu
 " care ^{de} idolotias.
 Ecce quia repperiri po
 tuerunt qui hiezabel
 uitam reproba actio
 ne secuntur. hiezabel
 illic inuentæ memorat.
 Quia uidelicet prauum
 corpus coniunctis mo
 res unum faciunt.
 & iam si hoc loca uel
 tempora scindant,
 Unde fit ut in peruersis
 suis imitatorib; & ini
 quis quisq; maneat

qui iam præterit &
 in suis operatorib; ipse
 iniquorum auctor. iam
 appareat. quinecdu
 uenit. Hinc iohan
 nes ait. Nunc anti
 " christi multi facti sunt,
 " Quia iniqui omnes iam
 " membra eius sunt.
 Quæ scilicet peruerse
 " edita caput suum ma
 " le uiuendo præuener.
 Hinc paulus ait,
 " Uereuel&ur in suo tem
 " pore. Nam mysteriũ
 " iam operatur iniquitas.
 Ac si diceret.
 Tunc antixps manifes
 tus uidebitur. Nam
 in cordib; iniquorum
 secreta sua iam nunc
 occultis ^{operatur} apparet.
 Ut enim de apertiorib;
 criminib; taceat.
 Ecce alius fratri in
 corde suo tacitus in
 uidet. & si occasione

240 R

reperiat eum sub
 plantare contendit
 cuius alterius membrum
 est. Nisi eius de quo scrip-
 tum est. Invidia dia-
 boli mors intrauit in
 orbem terrarum.

Alius magni meriti esse
 se estimans. per tu-
 morem cordis cunctis
 se preferens. omnes
